

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Castitas et continencia i
cum fontibus primis

Inter omnia certamina Christianorum
duriora sunt prelia castitatis,
nam ibi continua pugna et rarior uictoria.

Inter omnia enim Christianorum certamina
sola duriora sunt praelia castitatis;
ubi quotidiana est pugna, et rara uictoria.

Auctor incertus (Augustinus Hipponensis?),
Sermones, 293, 2 (PL 39, col.2302).

Rara enim concordia forme atque pudicicie;

filius autem / corporis egregii
miseros trepidosque parentes / semper habet:
rara est adeo concordia formae / atque pudicitiae.

rara aus in terris nigra similima cygno.

Augustinus in sermone.

Decimus Iunius Iuuenalis, *Saturaे*, 10 (W.V.
Clausen ed., p.131, ll.295-298).

sit formonsa, decens, diues, fecunda, uetustos /
porticibus disponat auos, intactior omni /
crinibus effusis bellum dirimente Sabina,
rara aus in terris nigroque simillima cycno,
/ quis feret uxorem cui constant omnia?

Decimus Iunius Iuuenalis, *Saturaе*, 6 (W.V. Clausen
ed., p.77, ll.162-166).